Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sancti Greogorii presbyteri mense decembrio die XXIII

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

in domo tua & comites tuas & interiora tua bestiis tradam uo-
randa. postulationem faciens contra te coram celesti
rege xpo. & dixit imperator. quis enim es tu. & quo
modo ingressus es in meum palatium? & dixit sanctus. ego
sum nicolaus peccator eps qui in lycia metropolim ha-
bito. & hec dicens abscessit. & iterum in ipsa nocte ambula-
uit. & apparuit ablabio praefecto eadem chronelo. ablabi
leuis animo & mente. surge & dimitte illos uiros tres ma-
gistros militum quos habes innocentes in custodia car-
ceris. quod si nolueris eos dimittere & non audieris me. pos-
tolationem aduersus te faciam coram inmortale rege xpo.
& in infirmitate cades & uermium comestione finieris &
omnis domus tua male peribit. & dixit ei ablabius. tu autem
quis es & unde huc uenientes talia loqueris? Scs uero
nicolaus dixit. Ego sum nicolaus peccator seruus xpi
qui in myrre metropolim. & hec dicens similimodo dis-
cessit. Euigilans imp misit ad ablabium dicens. Ua-
de nuncia ablabio praefecto & dic ei que uidi & que audiui
& intimatis omnibus dimisit eum. Similiter & praefectus
remisit eundem per cursorem. eadem denuntians im-
peratori. Et mox praecepit imp praesentari tres uiros ma-
gistros militum sibi coram omni coetu & generalitate
sua praefecto. & uenientibus illis ait ad eos. Dicite mihi
quales magias facientes. talia nobis in somnis detulistis?
Illi autem in terram aspicientes tacebant. Iterum facto
interrogauit eos dicens ipsi. Nepotianus unus ex ip-
sis dixit. Domine piissime serui uri magias nes-
cimus. si autem tale aliquid cogitauimus aut aliquid
mali egimus erga maiestatem pii imperii uri horri-
bilibus tormentis & nimis crudelibus penis submitti
nos iubeat benigna potentia tua. Imperator autem
dixit ei. Dicite mihi scitis aliquem nicolaum uocabu-
lo? Illi autem audientes de nomine nicolai. prompti-
ores facti seu animosiores redditi sunt. & quasi ex
uno ore dixerunt. Dne est scs nicolaus & audiuimus & sicut
saluasti illos tres uiros qui in licea iniq. habebant
mori. in myrream metropoleos. sic & nos salua quia in-
iq & iniuste habemur mori. Imperator autem dixit
eis. Dicite mihi quis est hic nicolaus. Nepotianus autem
dixit ei. quia iustus est scs nicolaus. Imperator autem
dixit ad eos. Hoc autem scitote quia non uobis donaui

isti uitam. sed quem uos inuocastis scm nicolaum
ad quem destinastis tondite capillos capitis uri & mu-
tate uestes uras & gratias referentes memores estote
& mei. Dedit quoque eis uasa sua aurea diuersa.
Equidem euangelium totum aureum & cereola aurea duo
& patenam auream lapillatam ptiosam ornatam
& misit eos imperator. Qui ambulantes in licea myren-
sium metropoleos. adorauerunt scm nicolaum. & to-
tonderunt capillos capitis sui. & mutauerunt uestimen-
ta sua. & multum quidem cum lacrimis distribuebant
pauperibus de quibus habebant rebus quoque auri & ar-
genti & uestimentorum. Per multos autem annos facie-
bant hec glorificantes & laudantes patrem & filium
& spm scm. nunc & semper & in secula seculorum. amen.

EXPLICIUNT ACTA SCI NICOLAI EPI

xxiiii

INCIPIT PASSIO SCI GREGORII PRBI. MIN. DEC. DIE XXIIII

TEMPORIBUS DIOCLITIANI ET MAX-
imiani imperatorum. talis furor a sacrilegis
exardescebat per cunctam italiam. ut ubique
esset apud omnes idolorum cultura. & si quis pro-
stratus idolis non immolabat. penis diuersis cruciabatur.
Erat quidam uir impiissimus flaccus nomine quem
maximianus imperator direxerat. ut omnia
idola erigeret. Cumque introisset ciuitatem spole-
tanam iussit sibi tribunal in medio foro collocari.
& praecones per omnes plateas ciuitatis mitti. ut omnes
simul cuncti de uestigio eius in medio foro consisterent.
Cumque congregatus fuisset omnis populus in medio
foro. flaccus dixit tyranno. Isti omnes deos nris
deseruerunt? Cui tyrannus dixit. Isti omnes quos con-
spicit pietas tua deorum culturam secuntur. Iouem
mineruam & asclepium deos inmortales qui propi-
tiantur omni mundo. Hec audiens flaccus gau-
sus est gaudio magno. & continuo iussit omnes tur-
bas dimitti. Beatus uero gregorius erat constitutus
in ciuitatem spoletana. ieiuniis & orationibus uacans.
Multos enim orationibus suis sanos reddebat & spi-
ritus inmundos eiciebat. lecto infirmitates sanat.
leprosos mundabat. caecos inluminabat. & corda
multorum paganorum ad dnm ihm xpm conuertebat.

templa uero paganorum & simulacra eorum in
terram eiciebat. Audiens hec tircanus quod beatus
gregorius multa templa eorum idolorum extermi
nasset. & paganorum corda in expiamorem conuer
tisset ab idolorum cultura. iratus nimis nunciauit
hec flacco dicens. Est quidam seductor multorum
in ciuitate spoletina gregorius nomine rebellis de
orum. & uniuersa ad nihilum aestimabit. Hic cum
audisset flaccus exarsit a diabolo. & iussit milites
triginta mitti in ciuitatem spoletinam ut beatum
gregorium uinctum perducerent. Exierunt milites
& adimpleuerunt. & beatum gregorium presentauerunt.
Sedens autem flaccus cum tircano. respiciens in fa
ciem beati gregorii. sic erumpit in uocem dicens.
Tu es gregorius spoletinus? Cui sanctus gregorius dixit
ego sum. Respondit flaccus & dixit illi. Tu es rebellis
deorum & principum contemptor? Sanctus gregorius re
spondit. Si uerum uis scire ab infantia mea numquam a deo
meo recessi qui me ex limo terre formauit. Cui flaccus
dixit. Qui est iste deus tuus? Sanctus gregorius respondit. qui
fecit hominem ad imaginem & similitudinem suam. ip
se est deus fortis deus inmortalis qui reddit unicuique secundum
opera sua. flaccus dixit. parce uerbositati tue. &
quod tibi precipio hoc adimple. Sanctus gregorius respon
dit. quod precipis bonum sit ut quod me oportet facere hoc ago.
flaccus dixit. Ergo si pro salute tua agis. Ingredere
templum mirabile & sacrifica diis magnis. ioui
minerue. & asclepio sacrifica honorabili. & multa bo
na inuictissimorum consequeris. & noster amicus eris.
Cui sanctus gregorius respondit. Ego amicitias uestras
non concupisco nec sacrifico demonibus nisi deo meo
ihesu christo. flaccus dixit. Quare insania iste mi
ser quete possidet? scias te penis durissimis commo
ueri. Sanctus gregorius respondit. Insanus numquam
fui. sed tu potius qui creatorem tuum non agnoscis dominum
ihesum christum. Nam iouem mineruam & asclepium quos di
cis. demones esse manifestum est. Flaccus dixit. Cola
phis contundite maxillas eius dicentes ei. Noli deos
blasphemare nec contumax esse. Sanctus gregorius
respondit. Contumax numquam fui. uos uero minis
tri estis satane facientes uoluntatem eius.

Tircanus dixit. Ammoneo te gregori. immola diis
ante quam corpus tuum exterminetur. Sanctus gregori
us respondit. Melius est mihi ut corpus meum exter
minetur. & non anima. Facite quod uultis. Flaccus
cum tircano dixerunt. accede & sacrifica diis. ante
quam penis excrucieris. Sanctus gregorius respondit. Iam tibi
dixi & dico quia non sacrifico demoniis uestris. nisi deo meo
ihesu christo qui fecit celum & terram mare & omnia que in
eis sunt. Fustes nodosos afferte & dorsum eius uerberi
bus per te dicentes. Hec patiuntur rebelles deorum
& principum contemptores. Sanctus gregorius respondit.
Hoc scire te uolo flacce. quia quanta mala corpori meo
ex certes. duplicia mihi bona prestantur in celo. Flaccus
dixit. Regirate illum. & uentrem eius fustibus dissipate.
Sanctus gregorius intuens in celum orabat dicens. Mise
rere serui tui deus sanctorum israhel. a timore inimici eripe ani
mam meam. Tircanus cum flacco dixerunt. Spiritu re
tibi ante quam moriaris. consulemus tibi ut amici.
Cui sanctus gregorius respondit. Recede a me minister
satane. uacant oblationes tue. Adest mihi dominus ihesus
christus ad confortandum me in uulneribus meis. Flaccus
dixit. Hec est insania tua miser. que te uiuere non
permittit. Sanctus gregorius respondit. Si totum corpus
meum mortificet dominus animam meam uiuificat & fo
uet eam. Flaccus dixit. Ligate illi manus & pedes. & in
craticula ignea subponite. & ligna subpromministra
te. & fecerunt ministri sicut preceperat illis flac
cus. & preparauerunt ignem. Beatus uero gregori
us. clamabat ad dominum de medio ignis dicens. Domine ihesu
christe deus abraham. deus isaac. & deus israhel. deus patrum
nostrorum. qui non despicis preces famulorum. qui in
gressus es cum tribus pueris in caminum flammarum.
esto & cum me seruo tuo presens. In medio presentium
pressurarum. & hec dicente beato gregorio terremo
tus magnus factus est in tota ciuitatem spoletinam.
& cecidit una regio que sumentem appellatur. & op
pressit plus quam tricentas quinquaginta animas
paganorum qui idolis seruiebant. Hec cum uide
ret flaccus fremuit ut leo. & territus nimis fugit inde.
Dixitque tircanus. ferrum afferte & eum constringi
te. & in carcerem illum reducite. & a militibus diligenti

custodiatur. Cum ingressus esset beatus gregorius in car
cerem. angelus dni apparuit illi dicens. Pax tecum gre
gori. noli timere. & continuo uincula eius disrupta sunt.
& claritas dni circum fulsit illum. & cum uidisset beatus
gregorius. cecidit in faciem suam. & orauit dicens. Gra
tias tibi ago dne ihu xpe qui misisti angelum tuum scm
ad confortandum animum meum. & ego confitebor tibi
in toto corde meo & honorificabo nomen tuum in eternum.
quia faciens misericordia tua es ds solus. Respondens an
gelus dni. dixit illi. Euge serue bone & fidelis quia in pau
ca fidelis fuisti supra multa te constituam intra in
gaudium dni tui. Et hec dicens. ablatus est ab oculis
eius. Erexit se beatus gregorius. laudans & bene
dicens dm. Die altera subsequente. iussit sibi flac
cus sedem in medio foro conlocari. & beatum grego
rium ante uestigia sua representari. Cumque represen
tatus fuisset beatus gregorius in medio foro. Flaccus
dixit illi. uel nunc recessisti ab insania tua. accede
& sacrifica diis magnis. quos usque nunc negare cognos
cens. Scs gregorius respondit. Numquam demonibus sa
crificaui nec sacrifico nisi dño meo qui me ad istam coronam
iustitie perducere dignatus est. Respondit flaccus & dixit
Cardos ferreos adferte & genua eius cum uiribus per
cutite. si uel sic possimus euincere omnem stultitiam
eius. Scs gregorius respondit. Uide qualis es tu. qui de
monibus seruis. qui sunt opera manuum hominum.
Nam si scires creatorem tuum dnm ihm xpm ipsum
adorares quem omnes angeli contremescunt. Re
spondit flaccus dicens illi. Ergo demonibus seruio
fortis es? Scs gregorius respondit. Recte a diabulo ceca
tus es. Hec audiens flaccus dixit. Lampades ardentes
adferte & latera eius accendite. dicentes noli super
bus esse. Scs gregorius respondit. Et si totum corpus
meum perdas. presto mihi est dns meus ihs xps qui me
sanat & conroborat. & ista omnia mala que in me exer
cere uideris. tamquam nihilum existimem. Flaccus dixit.
[illegible] maledicte. & fac tibi propitios deos inmortales.
antequam te morti tradam. Cui scs gregorius respondit.
Maledictus omnis qui confidit in idolis. Audiens hec flac
cus exarsit in ignis dicens. Tyrannum mihi celeriter uoca
te. Tyrannus dixit. Ecce adsum. & iussit eadem hora

inpiissimus flaccus. ut beatum gregorium tractum
in medio amphiteatro capite truncaretur. Scs uero
gregorius orabat ad dnm in medio amphiteatro dicens.
Benedictus dns ds meus & rex meus adiutor meus & liberator meus
qui me hodie ad hoc scm uocare dignatus es.
Respiciens ad celum. audiuit uocem magnam dicentem
sibi. Ecce gregori coronatus es. in numero scorum meorum
adscriptus es. Ingredere ad me benedicte dni. paratum
tibi habitaculum tuum. Adhuc angelo loquente. ab a
quilonio spatario capite truncatus est. Tyrannus uero
iussit dimitti feras terribiles ut corpus beati grego
rii absorberent. Fere uero rabientes uenerunt usque
ad corpus & flectentes capita sua. adorauerunt
corpus beati gregorii. & hec uidentes clamabant
uoce magna dicentes. Uere magnus est ds xpianorum.
& multi crediderunt in dnm. Flaccus uero eadem
die percussus ab angelo. euomens interiora sua ex
pirauit. Corpus uero beati gregorii iacebat
in medio amphiteatro. Erat autem quedam mu
lier xpiana abundantia nomine. que accedens
ad tyrannum petiit corpus beati gregorii. ut eum
recolligeret de medio amphiteatro. Cui tyrannus
dixit. Adfer mihi aureos triginta quinque & recipe
corpus. Abundantia xpiana dixit. Quod iubes
accipere accipe. hoc tantum rogo ut celeriter mihi
detur corpus. Respondens tyrannus dixit illi.
Adfer mihi & recipe corpus. Et dedit tyranno abun
dantia aureos triginta quinque & recepit corpus bea
ti gregorii. gaudens & benedicens dnm dicens. Benedictus dns
qui non amouit deprecationem meam. & misericor
diam suam a me. & sepeliuit eum & condidit
balsamo cum nardo. & aromatibus pretiosis.
& reposuit eum iuxta pontem lapideum.
& riuum qui sanguinarium appellat.
iuxta muros ciuitatis ante decem dies kalendarum
ianuariarum. cum hymnis & canticis dicens. Mirabi
lis ds in scis suis ds [illegible] ipse dabit uirtutem & for
titudinem plebi sue benedictus ds. Iustus dns in uerbis
in uerbis suis. & scs in omnibus operibus suis. qui dat
uotum orantibus & benedicit annos iusti. Ipsi honor
& gloria laus & imperium in secula seculorum. amen.

Explicit passio sci gregorii presbiteri.